



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

409. Excommunicatio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

Matth. 18.

tiones contemnit, & satisfacere despicit, post hæc sit tibi, inquit, sicut ethnicus, id est, gentilis, atque paganus; ut non jam pro Christiano, sed pro pagano, habeatur. Et in alio loco membrum quod à sua compagere solvitur, & à junctura caritatis dissociatur, & omne corpus quod scandalizat, Dominus ab-

Ibid.

1. Cor. 5.

1. Cor. 7.

1. Cor. 6.

1. Cor. 5.

2. Joa.

Decreta Siric.  
c. 7.

scidi & proici jubet, dicens: *Si oculus vel manus vel pes tuus scandalizat te, erue eum, & proice à te.* Et Apostolus: *Auferte, inquit, malum à vobis.* Et item: *Infidelis si discedit, discedat.* Et in alio loco rapaces à regno Dei excludit dicens: *Neque rapaces regnum Dei possidebunt.* Et alibi: *Si quis frater nominatur, & est fornicator, aut adulter, aut homicida, aut rapax, cum hujusmodi nec cibum sumere licet.* Et Johannes dilectus præ ceteris Christi discipulis talem nefarium hominem salutare prohibebat dicens: *Nec ei ave dixeris, neque eum in domum receperis. Qui enim ei ave dicit, communicat operibus ejus malignis.* Dominica itaque atque apostolica præcepta adimplentes, membrum putridum & insanabile, quod medicinam non recipit, ferro excommunicationis à corpore Ecclesiæ abscidamus, ne tam pestifero morbo reliqua membra corporis, veluti veneno, inficiantur.

## EXCOMMUNICATIO.

Burchard. lib.  
11. c. 3. & apud  
Cenuuriantores  
ibid.

CCCCIX. Igitur quia monita nostra & crebras exhortationes contemnit, quia tertio secundum dominicum præceptum vocatus ad emendationem & pœnitentiam venire desepxit, quia culpam suam necdum cognovit nec

confessus est, nec missa nobis legatione, qui  
 causam ipsius exequimur, quia noster parre-  
 chianus est, veniam postulavit, quia in cœpta  
 malitia, diabolo cor ejus indurante, perseve-  
 rat, & juxta quod Apostolus dicit, secundum  
 duritiam suam & cor impœnitens thesaurizat  
 sibi iram in die iræ, idcirco nos cum cum  
 universis complicibus & communicatoribus  
 fautoribusque suis iudicio Dei omnipotentis,  
 Patris, Filij, & Spiritus sancti & beati Petri  
 principis Apostolorum, & omnium sancto-  
 rum, necnon & nostræ mediocritatis auctori-  
 tate & potestate nobis divinitus collata ligandi  
 & solvendi in cœlo & in terra, à pretiosi cor-  
 poris & sanguinis Domini perceptione & à so-  
 cietate omnium Christianorum separamus, &  
 à liminibus sanctæ matris Ecclesiæ in cœlo &  
 in terra excludimus, & excommunicatum &  
 anathematizatum esse decernimus, & damna-  
 tum cum diabolo & angelis ejus & omnibus  
 reprobis in igne æterno judicamus, nisi fortè à  
 diaboli laqueis resipiscat, & ad emendatio-  
 nem & pœnitentiam redeat, & Ecclesiæ Dei,  
 quam læsit, satisfaciat. Et respondeant omnes  
 tertio: *Amen.* Aut: *Fiat, Fiat.* Aut: *Anathe-  
 ma sit.* Debent autem duodecim sacerdotes  
 Episcopum circumstare & lucernas ardentes  
 in manibus tenere, quas in conclusione ana-  
 thematis vel excommunicationis proicere de-  
 bent in terram & pedibus conculcare. Post  
 hæc Episcopus plebi ipsam excommunicatio-  
 nem communibus verbis debet explanare, ut  
 omnes intellegant quàm terribiliter damnatus  
 sit, & ut noverint quòd ab illa hora in reli-